

²¹
B2281

I. N. D. N. J. C.

JOHANNES FRIDERICVS SCHARFIVS, Vitembergensis

Sacri Lateranensis Palatii aulaeque
Caesareae ac Imper. Consistorii Comes, & Con-
siliarius Saxonius, Illustris Palmiferae seu Fructiferae,
& Nobilissimae Teutonicae Societatum consors,
nec non Amplissimi Philosophorum in Aca-
demia Vitenbergensi Senatus Assessor,
Philosophiae pariter ac Iuris Utri-
usque Doctor, hereditarius in
Croppenstedt & Piethen,

Vniversis & singulis ad quos ulla Temporis
aetate praesens Testimonium fuerit perlatum , prout unius cuiusque
Celsitudinis Magnitudo , Eminentiae praestantia , aut Status, in quo qui-
libet constitutus est , dignitas & conditio postular, obsequi-
orum humilitatem ac promptitudinem , pacem ,
salutem & omne bonum.



Non ambigimus quidem, uberrimum
 Virtutis præmium fructumque, ipsam
 esse virtutis possessionem. Sed quem-
 admodum anima, dum corpus habi-
 tur, cibi materialis indigeret; non quidem
 propter seipsum, quæ cibo æterio ve-
 ficitur, sed ut corpus rectius sustentetur;
 sic homovirtute prædictus non propter
 seipsum, sed propter patræ, familiæ,
 consanguineorum, amicorum, denique propter ipsius virtutis
 gloriam, ne scilicet in seipsa eadem Virtus debito fulgore ac
 pulcritudinis sua ornamento destituta compareat, honoris si-
 gna merito concupiscit. Et certè apud quos maxima propo-
 nuntur Virtutis præmia, in eorum Republica Viros esse præ-
 stantissimos, gravissimè ait Pericles apud Thucydidem. Eo-
 que sane impendimus laborem omnes atque periculum, unde
 honos & emolumentum speretur. Illud ipsum optimè in-
 tellexerunt Augustissimi orbis terrarum Imperatores, quando
 Virtute tam sagata quam togata excellentibus hominibus suos
 honorum & dignitatum veluti gradus ac ordines decreverunt.
 E togatis cum maximè singularem Vatibus ac Poëtis honorem
 habendum esse censuerunt, ut eos Coronâ Laureâ, propter
 gloriae & laudis immortalitatem, quam & sibi & aliis compara-
 rent, sive Ipsi per se, sive per Sacri Palatii Comites, ut potest
 testatis sua Vicarios & administratos insignirent. Cum igitur Sa-
 cratissimus atque Invictissimus Princeps & Dominus, Dominus
LEOPOLDUS, electus Romanorum Imperator semper
 Augustus, Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia,
 Croatia, & Sclavonia Rex, Archidux Austriae, Dux Bur-
 gundiae

gundia, Brabantia, Stiria, Carinthia, Carniola, &c. Marchio Moravia, Dux Lucemburgia, Superioris & Inferioris Silesia, Würtemberg & Teck, Princeps Svevia, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Gorizia, Landgravius Alsatia, Marchio S. Rom. Imperii, Burgovia & Superioris ac Inferioris Lusatia, Dominus Marchia Sclavonica, Portus Naonis & Salinarum, &c. & c. Dominus noster clementissimus, summa ac planè Cæsareâ indulgentia & benignitate, præter alia Comitivæ Palatina jura & privilegia amplissima, etiam jus ac privilegium POETAS nominandi atque Laurò coronandi nobis concederit; subnixi nos illà tam singulari Privilegii Cæsarei & Palatinatus nostri potestate, auctoritate Imperiali, Nobilissimum ac Generolecta mentis Juvenem, DN. DANIELM JESSENSKY de KIS JESSEN, Thurocio-Ungarum SS. Theol & Philos, Cultorem perquam strenuum, confidens & Ingenii præstantiæ & Studiorum profectu præsertim in arte Poëtica, omnino laudabili, quia naturali, POETAM LAUREATUM CÆSAREUM maturissimo confilio fecimus, creavimus ac pronunciavimus, adeo tenore præsentium literarum facimus, creamus & pronunciamus. Natus ille est Nobili & Generoso Domino SIGISMUNDO JESSENSKY de KIS JESSEN Patre; Matre peraque Nobili ac Generosa Domina ANNA SALAK, anno M. DC. LXXIX. Meaf. Decem. Generosi Parentes cognito filii sagaci, cuius ingenii à teneris mox documenta dabat, cum literis sacrum fecerunt, qui in patro *Gymnasio Necpall*, sub Viris Doctissimis, Dominis ELIA & JONA SARTORIIS publice, privatim sub Doctissl. Domino MICHAELE CHMELIO, rudimenta studiorum ante depositui, quam ediscendæ Germanicæ ergo Cremnicium ad Clarissim. Dominum M. DANIELEM PARSCHTIUM, Gymnasi illius Rectorem jam dudum emeritum, adhuc tamen merentem, concessisset; Unde, exacto biennio ad *Hungaricum idioma* excendum egressus, *Trans-Danubianas* partes invisit, ex quibus culturam lingvarum cum studiis connectens, famasque doctorum Virorum secutus, *Novisolium* adiit. Nec spe cecidit. Ibi namque, quod anhelabat, invenit, puta Pra-Clarissimos Dominos, M. JOHANNEM BURIUM, Rectorem, & Dominum JOHANNEM PILARIK, Pro-Rectorem, nec non Doctiss. Dominum STEPHANUM AEGYEDI, Collegam Athenei illius celebris, celeberrimos Viros. His itaque Praceptoribus lampada præferentibus eo processit, ut sublimioribus

ribus studiis ante multos annos ap̄fissimus esset, non modo vi-
deretur, que tandem salutavit; & tanta aviditate lac Minervæ
hoe biennio hauſt à Celeberrimis Professoribus
nostris, ut le primo sermone, velut ungve leo, proderet lis proin-
de & pluribus de causis Eadem Domino DANIELI JESSEN-
SKY de KIS JESSEN concedimus plenariam & omnino adam
potestatem facultatemque, ex hoc deinceps tempore omnibus
passim in Urbibus, Civitatibus, Communitatibus, Collegiis &
Academiis universi Romani Imperii & ubique locorum ac ter-
rarium, absque anni impedimento & contradictione, in
nominat jam artis Poëtica scientia publicè scribendi, dispu-
tandi, interpretandi & commentandi; ceteros præterea actus
Poëticos omnes faciendi & exercendi, quos quidem ceteri
POETÆ ac LAUREA POETICA insigniti facere & exer-
cere conliverunt; denique omnibus ac singulis ornamentis,
insignibus, privilegiis, prærogativis, libertatibus, concessionibus,
honoribus, dignitatibus, favoribus & indulgis utendi, fruendi,
potiundi, gaudendi, quibus ceteri POETÆ utuntur, fruun-
tur, potiuntur & gaudent, qvmodo liber, sive de conuentudine,
sive de jure, non obstantibus quibuscumque legibus &
conuetudinibus, qvæ concessioni huic & gratia Imperiali aliquo
modo obstare possent. Eoque nomine ab omnibus & singulis,
cujuscumque Statu ac dignatione fuerint, etiam atque etiam
rogamus, ut Dominum DANIELEM JESSENSKY de KIS
JESSEN hisce Privilegiis, per universum Romanum Imperi-
um, ut frui velint, mandent, permittant & ab aliis permitte-
cent. Acta haec ita esse, testimonio harum literarum, ma-
nus subscriptione, ut & Sigillo nostro corroboravimus, WIT-
TENBERGÆ IV. Non. April. cc lcc III,



Ung VI 4

(x 2743293)


ULB Halle
006 310 079

3



6017
6018

na dia peroras,
xe
leret umbras?
nde Camænis,
lla Svadæ
ndat ab ore.
scia Virtus,
celestia prome
odice Verbum



Bruny 744

50

I. N. D. N. J. C.

JOHANNES FRIDERICVS SCHARFIVS, Vitembergensis

Sacri Lateranensis Palatii aulaeque
Caesareae ac Imper. Consistorii Comes, & Con-
filiarius Saxonicus, Illustris Palmiferae seu Fructiferae,
& Nobilissimae Teutonicae Societatum consors,
nec non Amplissimi Philosophorum in Aca-
demia Vitenbergensi Senatus Assessör,
Philosophiae pariter ac Iuris Utri-
usque Doctor, hereditarius in
Croppenstedt & Piethen,

Vniversis & singulis ad quos ulla Temporis
aetate praesens Testimonium fuerit perlatum, prout unius cuiusque
Celsitudinis Magnitudo, Eminentiae praestantia, aut Status, in quo qui-
libet constitutus est, dignitas & conditio postulat, obsequi-
orum humilitatem ac promptitudinem, pacem,
salutem & omne bonum.